

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Egregia indole & uirtute praedito Christophoro M.amico suo,Philippus
Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

precinunt nobis hymnū, ut Deo gloriam cum ipsis tribuamus uero pectore, & uera uoce: quod sine agnitione et doctrina fieri nō potest. Quare, ut tu quoq; cum angelis idem carmen sones, discito doctrinam cœlestem, quæ uerissimè & uerè testatur, nos Deo curæ esse. Bene uale. Salutem opto dulcissimis fratribus tuis.

Egregia indole & uirtute prædito Christophoro M. amico suo, Philippus Melanchthon S. D.

Epistolam tuam non tantum libenter legi, quia amicitiam nostram perpetuam esse uolo: sed etiam, quia te in literis proficere animaduerto, quarum studia nequaquaquā abijcito. Misto autem tibi orationem, in qua multarum uirtutum laudatio est: quas intelligere iam discas, & amare, ut cogitatione earum te ad decus exuscites, ut mores tui et Deo placeant, & sint patri et matri uoluptati. Breui, ut spero, ad uos expaciabor. Bene & feliciter uale. Die 13 Februarij.

Iusto Vualhausen Philippus Melächthon, S. D.

Non solum ex alumnorum literis, sed etiam ex tuis, coniecturam facio de tua fide, & tua sedulitate. Video enim te operam dare, ut ipse docendo